PIA VOTA,

QUAE PRO

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

WILHELMI ERNESTI,

DUCIS SAXONIAE, JULIACI, CLIVIAE AC MONTIUM,
ANGARIAE ITEM ET VVESTPHALIAE,
LANDGRAVII THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,
PRINCIPIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBURGI,
DYNASTAE RAVENSTEINII,

PRINCIPIS AC DOMINI SUI CLEMENTISSIMI

INCOLUMITATE AC LONGAEVITATE,

CUM IPSE

REDITUM NATALIS FELICISSIMUM

DIVINO MUNERE CELEBRARET,

ET SIMUL

SOLENNIA INAUGURATIONIS TEMPLI

SUMTU VERE PRINCIPALI NOVITER EXSTRUCTI, CUI

D. JACOBI NOMEN

PIETAS AUGUSTA INDIDIT,

DIE VI. NOVEMBR. ANNO M DCC XIII.

FAUSTO SPECTACULO EXHIBERET,

IN SUBJECTISSIMI ANIMI TESSERAM FUNDERE, COELOQUE ABLEGARE VOLUIT

CHRISTOPHORUS TITTELIUS.

VINARIAE, LITTERIS MUMBACHIANIS.

48. 6/11 13.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-777434-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-777434-p0002-1

SERENISSIME DUX
&
CLEMENTISSIME PRINCEPS,

HEros Inſignis, praecelſo ſtemmate nate,
Hactenus oravi pro TE, coeleſte precatus
Numen, devoto fundens ex pectore vota:
Concedas nobis lucem Natalis amoenam
WILHELMI ERNESTI, Noſtri Ducis,
inclyta Cujus
Extollit magnum ſtellantia ad aethera Virtus
Nomen, honos etiam Cujus ſine fine manebit.
Quod pro TE vovi, tacita quod mente precatus,
Annuit hoc ſummus coeli terraeque Monarcha.
Ecce TUUS Natalis adeſt, quem ſidere fauſto
Phoebus ab axe refert: En affulgetque venitque
Illa dies, albo merito decoranda lapillo,
Sancta dies, veneranda dies, quam dat TIBI Jova
Omnipotens, orbis Rector rerumque Creator
Magnus, cuncta manu qui dat bona divite nobis.
O quam laeta dies, in qua celebramus ovantes
Natalem, quem fata DUCI felicia monſtrant,
MAGNANIMO, ALTORI Pacis, Patriaeque PARENTI.
Perſae magnifico cultu Natalia quondam
Magni feſta pio decorarunt pectore Regis.

Hic

Hic quoque mos placuit Latio de ſangvine natis,
Plinius hoc firmat, depromens candida vota.
Hinc quis non foveat ſolemnia gaudia corde ?
Dum reducem felix patriae PRINCEPSQUE PATERQUE
Natalem celebrat; penetralia ſplendida ſummi
Numinis auguſto reſtaurans munere, quale
Vix vidit quondam pia, ſed ſimul impia, Roma.
Macte animo PRINCEPS ! TIBI ſemper militet aether !
Et conjurati veniant ad vota ſecundi
Succeſſus; animo Vinaria publica laeto
Gaudia proſequitur; fervent altaria flammis,
Quas in ſubjectis PRINCEPS ſuccendit, & iſti
Sublatis manibus teſtantur ad aethera, ovantes
Plauſibus eximiis; mea mens laetatur & auſu,
Quem ſimilis pietas poſcit, prae thure reponit
Carmine ſub tenui, DUX AUGUSTISSIME, votum.
Accipias animo facili hoc, & fronte ſerena
Indulge veniam, precor, ac ignoſce benigne
Audenti ſacrum pro TE componere carmen:
Exoptata colo Lacheſis TIBI ſtamina longo
MAXIME, laeta trahat, PRINCEPS, quaecunque precaris,
Det TIBI cunctipotens, mundi Moderator & Altor,
Hic TE circumſtans quaevis depellat acerba;
Oceano quando roſeis Titonia bigis
Surgit ovans, mundumque novo ſplendore ſalutat,
Obvelans radiis ſtellas per inane micantes;
Te ſimul aſtripotens cuſtodiat ille Jehova,
Heſperio quando poſitas in littore metas
Humida nox tangit, nigra caligine terris
Inducta, medio cum frigida ſidera lapſu
Volvit & emittit gelidos ferus Aeolus Euros.
Abſit, nec tacitis perturbet gaudia curis,
Abſit Eris, Livor cedat, qui viſcera carpit;
TE ſucceſſus alat fauſtus: Gens ſubdita adoret
Prona Tuos vultus; hoſtes Deus omnia dura
Vertat in immanes, optata ſed otia Pacis
In patria ſervet, depellens horrida bella.
Sis ſemper fauſtus, vigeas per tempora multa,
Sana ſit in vegeto mens corpore vitaque ſana,
Sis felix, quocunque meas, ubicunque moraris,
Saepius atque precor redeat TIBI ſidere fauſto
Hicce dies laetus, quo non eſt laetior ullus.
Hoc precor, hoc mecum nunc unusquiſque precatur,
Annuat his votis ultro Deus ipſe benignus.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-777434-p0004-2

PIA VOTA,

QUAE PRO

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

WILHELMI ERNESTI,

DUCIS SAXONIAE, JULIACI, CLIVIAE AC MONTIUM,

[illegible] ITEM ET VVESTPHALIAE,

[illegible]URINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,

[illegible]RGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBURGI,

[illegible] DYNASTAE RAVENSTEINII,

[illegible]IS AC DOMINI SUI

[illegible]EMENTISSIMI

[illegible]OLUMITATE AC LONGAEVITATE,

CUM IPSE

[illegible]M NATALIS FELI-

[illegible]CISSIMUM

[illegible]NO MUNERE CELEBRARET,

ET SIMUL

[illegible]A INAUGURATIONIS

TEMPLI

[illegible] PRINCIPALI NOVITER EXSTRUCTI, CUI

[illegible]ACOBI NOMEN

[illegible] PIETAS AUGUSTA INDIDIT,

[illegible]VI. NOVEMBR. ANNO M DCC XIII.

[illegible]O SPECTACULO EXHIBERET,

[illegible]NIMI TESSERAM FUNDERE, COELOQUE ABLEGARE

VOLUIT

[illegible]STOPHORUS TITTELIUS.

[illegible]IAE, LITTERIS MUMBACHIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-777434-p0005-7